

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Ipocrisis ag cum uariis

Ypocrite uolunt esse humiles sine despectu, pauperes sine defectu, bene uestiri sine sollicitudine, delicate pasci sine labore, aliis adulantes, aliis detrahentes, mordaces ut canes, dolosi ut uulpes, superbi ut leones. Intrinsicus autem sunt lupi rapaces, mellis dulcedinem, id est inanis glorie et latentis lasciuie ut ursi querentes. Volunt esse sine auctoritate iudices, sine uisu testes, postremo falsi accusatores et omni ueritate carentes.

Bernardus.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

uestiri] uestiti P V¹ V² L¹ L²; pasci] pacis P V¹ V² L¹ L²; sunt *om.* P V¹ V² L¹ L²